

173
CONRADO VORSTIO Theologo Heinfurtensi. de Ho 164.

116.
Salutem. Cum anno 1597. Theses Tuas, (Carissime D. Vorstius,
de Servatore. Jesu Christo et de Predestinatione, ad me
misisses, meministi, quam reverenter et candide judicium
meum, quod petebas, communicaverim, licet illis fundamen-
tum fidei Christi morte et merito labefactari intelligerem,
istis rigidior mihi de causa reprobationis positiva videreris.
Post illa cum facile pergeres de Logyris et Socino, ne-
ministi termini tui: non cessavimus nos te fraternè de-
hortari literis et coram. Tu polliceri omnia; charitate
voluisti judicari: fecimus: ego cum primis ejus mihi sum-
conspicuis: quod vel testabuntur illi, quibus te ad acceptan-
dam Professionem Marburgensem cohortatus fui. Neinceps
coepit Arminianum schisma, cui tu te infeliciter immis-
isti: Legi quaedam Arminiana: Legi prefationem Anti-
Bellarminam tuam ad ordines: legi tua de Deo cum
Apologia Latina et Belgica. Quid queso censes animi
aut spei de vobis tandem nobis restare? Non vultis Ec-
clesiam catechesi Latina addictam esse: libertatem
prophetandi vobis postulatis. Si dicamus, iniquè vos dogma-
ta Catechetica tot martyrum sanguine scripta firmata
convellere. Vestras novas Prophetias antiquis preferre, chari-
tatem in nobis desideratis; scepticè interim omnia vestra per
VIBETUR proponitis; non rotunda phrasi nobiscum loquendum,
sed nostris nos verbis circumveniendos esse censetis. Tua Apo-
logia, quam mixturam opinionum nobis proponit? Si Scotus, Tho-
mas, Puccius, Socinus, Pelagium antiquum mitte: si legerent,
nonne sua recognoscerent? His ita rem esse; De orthodoxa
nostrâ Theologia, à te jurata, defensa, vix aliqua verba te
retinere, et qua retines, bonis omnibus non posse non suspecta
esse. Quid faciam? Quia tuam salutem amavi et amo, rogo
te et hortor, ne pulchrum tibi puter esse Davum in hac fabula,

innis unquam in ulcere Ecclesie: ad hujus edificationem non
perturbationem proclaris te dotibus ornavit, qua in te seniper
agnovi. Cogita, brevi graves de his rationes tibi reddendas, si
nisi igitur hoc tandem agis, ne tot exegibus, apologis, defensionibus
tibi sit opus, ut vel candidè et palam illis renuncies. Ne
frustrum si feceris; tu quidem perges aliquandiu eruditus illud
radioribus imponere: sed serò te tristissimis implicitum ma-
senties, nisi fortè sentire jam coepisti. Hæc ego David Saxe-
senex migraturus brevi de statione ad Romanam. Saluta-
tionem Amicum nostrum. Heidelbergæ 7. Novembrii 1671.
Vale.

Eidem D. Sibrando

117.

Salutem. Tuas, viri Carissime, accepi ex munditia
inde reversus noster Mareschallus etiam
tuo socium tuum abs te mihi reddidit: munus
sanè tantò gratius, quanto magis desideratum Eule-
sia causa. Jam pridem enim triumphum Socino
decreverunt ejus complices, aperte in Polonia
et clandestine passim fermentum pestilentissimum
illius hæreseos orthodoxa doctrina astute commi-
scentes. Sed bene quod palmam per te nondum habu-
erunt. Irascantur tibi et fremant, ut volent; vince-
re veritas: in ejus propugnatione fidum flagrantem
one tu habebis, quoad Spiritus seniles hos reger-
antus. Quod in præfatione nominis mei honorifi-
cam fecisti mentionem, et consensu testatus
id non tam mihi privatim est gratum, quam publi-
cè notum esse interest, utq; meum de Anti-socino
tuo iudicium publicè brevi legatur, occasionem captabo.